



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Gloria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

in gloss. de iure iurant. vide aliquid in verb. Vicarius. §. 8. & 9. Si promitto dare Titio aliquid contra velle omnium hominum, non intelligitur contra velle meum.

GLORIA.

¹ G L O R I A M humanam apparere non est ex se malum, sicut neque appetere diuitias, & alia bona, si rationabiliter appetantur: secundum Tho. secunda secundæ. questio. 132. sed nam appetere gloriam, peccatum est, ut quando appetitur gloria, & honor, de eo, quod non habetur, vel de eo, de quo non est gloriantur, vel de malo, vel de eo, quod quis a Deo habet, ac si a se haberet, vel quando non refertur ad debitum finem, vel in Deum, aut in proximum, secundum eundem. Non tamen semper est mortale, sed tantum quando charitati repugnat, ut quando quis gloriatur de aliquo mortali peccato, cum præfert opinionem suā, vel aliorum hominum sacræ scripturæ, ut appareat, & huicmodi, cūm in illam ultimum finem ponit, & hoc est quando propter gloriam mundi dimittit id, ad quod tenetur ex precepto Dei, vel superioris, vel contra tale preceptum facit: sicut, cūm mulier, ne infametur, cōsentit adulterio, ut de Lucretia dicitur. ex Thom. suprà. a. 3. & Cai. in summa ibi. Si verò ordinatè & ad debitum finem gloria appetatur, actus virtutis erit.

² V A N A gloria secundum quod imponrat appetitum, ponitur à Greg. lib. 13. mor. virtù capite, cuius filii sunt inobedientia, iactantia, hypocrisia, contentio, pertinacia, discordia, & no uitat præsumptio. Has declarat Th. secunda secundæ, suprà in fin. Dicuntur enim hæc viuia filii inanis gloria: quia apta sunt ordinati ad eundem finem, qui est manifestatio propria excellentie.

GRATIA.

³ B A N N I T U S propter dilectū, cuius bona sunt confiscata, si a domino recipiatur ad gratiam, non propter hoc ad omnia restituuntur, secundum Salyc. & Cyn. in l. 1. §. fin. ff. de-

quaestio. contra Barr. sed remittitur culpa, & restituuntur fauores, quando ad plenitudinem graui recipiuntur, secundum Bald. ibi.

⁴ H A B E N S legitiū de bonis alicuius damnati propter eius crimen, & postea restituti per principē ad bona sua, non tenetur restituere, secundum Geminia. in capitul. quanvis, de restit. libr. 6. quia iam huic acquisitum est ius. Si verò per talē restitutioñem non prajudicetur tertio, sed tantum concedenti, omnia sunt restituenda ei. argu. in capi. cūm dilecti. de dona. Ex hoc sequitur, quod legitimatus post mortem testatoris, non prajudicat venientibus ab intestato, etiam quod nō audierint hæreditatem: quia talis legitimatio est quādām restitutio naturalis, ut in I. fina. C. de natu. Secus si ante mortem testatoris: quia non prajudicat, eō quod nullum adhuc eius habeat. l. postemancipatio nem. ff. de liber. lega.

⁵ S C R I P T U R A, secundum communiter docto. non est de substantia gratiæ, vel legis, licet varijs sint opinione. vide Panormita in rubrica de constit. in fin. Feli. tamen dicit in capit. ex diligenti. de Simon. in glo. fina. in fi. quod gratia probatur per scripturam. An autem possit probari per testes, est longa quaestio: tamen concludit quod cōmuniter tenetur de stylo curia, non posse probari nisi per scripturam, nisi in foro conscientia. Vide Tab. verb. gratia. §. 1.

⁶ G R A T I A non expirat, etiam mortuo Papa, etiam sine literis: secundum Joann. Andriæ. in prolo. sext. in nouella.

⁷ S i Papa concessit alicui, ut dispensari cum eo. non expirat gratia, eam quod ante mortem concedentis non dispensauerit, secundum Feder. concil. 68. Similiter dic de eo, cum quo dispensatum est, ut faciat aliquid, si non facit ante mortem dispensans, potest facere post. capit. si cui. de præben. libr. 6.

⁸ G R A T I A cōcessa si reuocetur, nō expirat ante certificationem de reuoca-

tatione,

